



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

stinatio, ut d. Risc. in Prax. for.  
eccles. par. 1. ref. 241.

S<sup>V</sup> M. M. A. R. I. V. M.

1. Matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimentum non est iterum celebrandum coram Parocho, & testibus, sed id fieri potest secreto inter ipsos coniuges, per eorum mutuū consensum.
2. An in tali casu sufficeret copula affectu maritali sequuta post eam cognitionem.
3. An ad reuocandum matrimonium si tē contractum necesse sit, ut iterum coram Parocho, & testibus celebretur.
4. Occultum qualiter intelligatur.
5. An Parentes, consanguinei, & affines in causa matrimoniali plenē probent.
6. An ad probandum matrimonium admittantur testes inhabiles.
7. Ad impediendum matrimonium unicus testis sufficit.
8. An si matrimonium celebratum fuerit coram Parocho, vel testibus consensu illius impedimenti, sit iterum celebrandum coram Parocho, & testibus.
9. Quid si impedimentum dirimens esset publicum.
10. Omnis forma, & solemnitas, que debet intervenire in actu ut valeat, intervenire etiam debet in ratificatione.

## CAP. IX.

An matrimonium inualidum ob occultum aliquod impedimentum iterum celebrandum sit coram Parocho, & testibus obtemperata dispensatione.



Firmant DD. quos refert, & sequitur Gutier. de matrim. cap. 47. nu. 6. & seq. & cap. 76. num. 32.

sed verior videtur sententia aliorum asserentium, id fieri posse secreto inter ipsos coniuges per eorum mutuū consensum ita, ut coniux, qui ignorabat, intelligat in genere impedimentum dirimens subesse, ita Nax. in man. cap. 12. nu. 47. & 70. ubi testatur, ita declarasse Pium V. & cons. 14. in fin. de sponsal. Possévin. de offic. Curat. cap. 10. nu. 25: etiā si prius matrimonium mala fide fuerit celebratum, ut d. Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 9. num. 10. ubi etiam refert, ita Sacram Congreg. resoluisse. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 32. num. 157. quia ratio finalis Concilij Tridentini requirentis presentiam Parochi, & testium ea fuit, ut tolleretur graue peccatum, & periculum contrahendi nouum matrimonium dissoluto primo: quibus incommodis satis occurritur, quando matrimonium semel fuit celebratum, quāuis inualide, coram Parocho, & testibus; Vnde in tali casu sufficeret